UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol. Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm Crvcifixvm

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

29. Passionem Domini frequenter meditando ingreditur, tanquam scholam Patientiæ.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55065

Visual Library

quaſi tempeſtas ingruent : quando venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia. Tunc inuocabunt me & non exaudiam (vtramque etiam auriculam digitis obſtruam.) *Manè conſurgent, & non inuenient me, eò quod exoſam habuerint diſciplinam, & timorem Domini non ſuſceperint.*

a. *Iacob. de Vitriaco Sermone* 190. *Raulinus Speculum exempl. diſt.* 9. LX.CCXI. b. *Actu* VI. 57. c. *Prou.* 1. *à ver.* 24. *vſq; ad* 30.

IX.
AMATOR CRVCIFIXI
Paſſionem Domini frequenter meditando ingreditur, tanquam Scholam Patientiæ.

29. **PASSIO Gymnaſium Patientiæ.**

TALIS quamuis fuerit tota CHRISTI vita : nam vt verè & eleganter dixit S. Cyprianus a: *Omnes actus Chriſti ab ipſo ſtatim aduentu Patientiâ comite ſignãtur* : tamen in fine potiſſimum hoc Gymnaſium aperuit; vt rectè PASSIONI titulus dari poſſit, & adfigi CRVCI, quæ ad limen erecta ſit : SCHOLA PATIENTIÆ. Ingredere: docentem audi, non tam verbo, quàm opere: omnis lectio à Patientia incipit, & deſinit in Patientiã: omnis repetitio, diſputatio, exercitatio eſt

eſt de Patientia. Attende diligenter.

Baptizari voluit Homo-Deus à ſeruo. Idem mox diebus quadraginta ieiunauit, eſuriit, cum Diabolo tentante congreſſus eſt: Diſcipulis, non vt ſeruis præfuit; ſed eos, vt collegas, & contubernales tractauit: Iudam potuit longâ PATIENTIA ſuſtinere. *Documenta Patientiæ.*

Excipe & perpende tolerantiam Iudaicæ incredulitatis & rebellionis, probra, ludibria, ſputamina, flagella, ſpinas, palmas, nuditatem, fel, inter facinoroſos deputationem, falſa teſtimonia, impium iudicium, ſilentium iudicati, qui nec loquebatur, nec mouebatur, nec Maieſtatem ſuam ſub ipſa ſaltem PASSIONE profitebatur, vt conſummaretur in ipſo PLENA AC PERFECTA PATIENTIA. *Tolerãtia. Longanimitatis.*

Et poſt hæc omnia, interfectores etiam ſuos ſuſcipit. Quid potuit patientius, quid benignius fieri? Viuificatur CHRISTI Sanguine etiam qui fudit Sanguinem. Talis fuit Saluatoris Noſtri & tanta PATIENTIA, quæ diſcitur in SCHOLA CRVCIS, ſeu PASSIONIS. *Erga Iudæos perſecutores, interfectores.*

In quâ b *traditur, & adducitur vt pecus ad victimam ille, cui legiones Angelorum, ſi voluiſſet, uno dicto de cœlu ad-* *SCHOLA CRVCIS.*

fuiſſent, ne vnius quidem diſcentis gladium in vltionem probauit PATIENTIA *Domini* initio ſtatim PASSIONIS *in Malcho* VVLNERATA eſt.

Patientia Chriſti vulnerata.

Ingenioſum effatum Tertulliani, cui hic inuoluitur ſenſus. Tanta fuit Domini Patientia, vt dum Malchus, homo nequam & ſceleratus, Iudæ proditoris comes, inimicus Christi capitalis, ſatellitũ irruentium ad comprehendũ audaciſsimus lęderetur, illa vulnerata fuerit.

Schola Crucis Diſcipuli. Apoſtoli.

IN hac Schola, CRVCIFIXI diſcipuli primi didicerant, poſt quam cæſi eſſent, ire *gaudentes à conſpectu Concilij, quoniam digni habiti erant pro nomine* IESV *contumeliam* PATI. *c.* Eiuſdem Scholæ prælectionibus eruditi, *gloriabantur in tribulationibus, ſcientes, quod tribulatio* PATIENTIAM *operatur,* PATIENTIA *autem probationem. d.* Quid eſt ſupremus gradus Patientiæ.

Martyres.

Hos ſequuti ſunt in eadem Schola Magiſterij lauream meriti Martyres, imitatores æquè ac amatores Magiſtri ſui CRVCIFIXI, quorum *alij* gaudentes *ludibria & verbera experti ſunt, inſuper & vincula & carceres: alij lapidati ſunt, tentati ſunt, ſecti ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt: alij circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, affli-*

cti,

cti, in ſolitudinibus errantes, in montibus, & ſpeluncis, & cauernis terræ. e. Hanc Scholam frequenta. ſi ſapis, & breui tibi erit virtus perferendorum & inuicta, quæ tibi maximè neceſſaria eſt, PATIENTIA.

a. *Cyprian lib. de bono Patientiæ. Similia habet Auguſtin. lib. de Patient.* b. *Tertullian. L. de Patien.* c. *Actuum v.* 41. d. *Ad Rom. v.* e. *Ad Hebræ.* 11.

X.

AMATOR CRVCIFIXI

Paſſionem Dominicam frequenter meditando ingreditur, tanquam cœnaculum, in quo vnius ſubſtantiæ, quamuis diuerſa paratura ſunt edulia omnia.

30 PASSIO Triclinium Patientiæ Culina.

VT PASSIO Domini eſt Schola & Palæſtra Patiētiæ, ita ſcitè dixeris, illā eſſe Patientiæ Triclinum, immò, Culinam. Quicquid enim in illa coquiquitur vel apparatur, quicquid apponitur, quicquid manducatur, à Patientia apparatur, conditur, infertur: & quod magis mirum, ex vna Patientia, tanquam materia omnium eduliorum parantur miſſus, quamuis diuerſiſsimi. Miſſus Patientiæ.